Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



act

Vt autem visum vidit statim quesiuimus profici-
sci macedoniam certi facti quia vocasset nos dominus euan-
gelizare eis. Hauigantes autem troade recto cursu
venimus samothraciam. Et sequenti die neapolim vn-
de philippis que est prima partis macedonie ciuitas
colonia. Eramus autem in hac urbe diebus aliquod consis-
tentes. Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam
iuxta flumen ubi videbatur oratio esse. Et sedentes
loquebamur mulieribus que conuenerant. Et quedam
mulier nomine lydia purpuraria ciuitatis thyatirenorum
colens dm audiuit. cuius dnis aperuerat cor vt in-
tenderet his que dicebantur a paulo. Cum autem baptizata
esset ipsa et domus eius. deprecata est dicens. Si iu-
dicastis me fidelem domino esse introite in domum meam
et manete. ibi et coegit nos. Factum autem cum ire ad o-
rationem puellam quandam habentem spm pythonem
obuiare nobis. que quaestum magnum prestabat
dnis suis diuinando. hec subsecuta paulum et nos.
clamabat dicens. Isti homines serui di excelsi sunt.
qui adnuntiant uobis viam salutis. hoc autem faciebat
multis diebus. dolens autem paulus. et conuersus spiritui dixit.
Precipio tibi in nomine ihu xpi exire ab ea. et exiit eadem
hora. Videntes autem dni eius quia exiuit spes questus
eius. adprehendentes paulum et silam perduxerunt
in forum ad principes. et offerentes eos magistratibus
dixerunt. hi homines conturbant ciuitatem nram cum
sint iudei. Et adnuntiant morem quem non licet nos
suscipere neque facere cum simus romani. Et con-
currit plebs aduersus eos et magistratus scissis tu-
nicis eorum iusserunt eos virgis cedi. Et cum multas plagas
eis imposuissent miserunt eos in carcerem. precipientes
custodi. vt diligenter custodiret eos. Qui cum tale pre-
ceptum accepisset misit eos in interiorem carcerem.
et pedes eorum strinxit ligno. Media autem nocte paul

nome

VIII